



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Decisio CIV. Exempti ad Ordinariorum iurisdictione nequeunt ab ipsis
Ordinariis vel eorum ministris excommunicari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

DECISIO CIV.

Exempti ab Ordinariorum jurisdictione nequeunt ab ipsis Ordinariis vel eorum ministris excommunicari.

R. P. D. Buratto.

Inter impr.
Buratt. de-
cis. 146.

Toletana jurisdictionis.

Lune 11. Januarii 1626.

SUMMARIUM.

- 1 Absolutio ad cautelam ex in veterato stylo Rotæ sine causæ cognitione concedi solet.
- 2 Exempti à jurisdictione Ordinarii inconsulto Summo Pontifice, nulliter excommunicantur sub pretextu, quod præcepto ejusdem Ordinarii non paruerint.
- 3 Absolutio à censuris non remittitur ad Ordinarium, quando constat de gravamine ab ipso, vel ejus officiali illato.
- 4 Notarii & Nuncii relationi sine testibus statui si adest stylus, & loquitur de stylo civitatis Toleti.
- 5 Nuncius refert per verba præteriti temporis.
- 6 Notario attestanti de sua deputatione creditur de stylo Rotæ.
- 7 Ad interdictum quomodo procedatur remissivè.

Cum Abbas de Escalona & alii appellantes à censuris & interdictis per Commissarium Illustriss. D. Archiepiscopi latis prætenderent se non esse remittendos ad d. Illustriss. eorum Ordinarium pro absolute ad cautelam, ex in veterato stylo sine causæ cognitione per Rotam concedi solita; proposito dubio visum fuit Dominis constare de notorio gravamine per d. commissarium illato. Fuit enim à Sanctiss. mo D. N. concessa exemptio collegiatæ dicti loci de Escalona in limine illius erectionis à jurisdictione Ordinarii cum immediata subjectione Nuncio Hispaniarum & S. Sedi Apostolicæ, ita quod Ordinarius non posset suspendere, excommunicare &

interdicere, nec de defectu ejus vocationis opponere, cum decreto irritanti, & alii
 clausulis amplissimis, de quibus in litteris Apostolicis eidem commissario exhibitis,
 qui respondit se scire de verbo ad verbum omnia in eis contenta, & quod propterea
 non indigebat earum lectura vel intimatione, *ut in Summario Abbatis n. 3.* Et ideo in-
 consulto Summo Pontifice, & non informato de dicta exemptione Illustriss. D.
 Archiepiscopo (qui alias præsumendum est, quod pro summa ejus prudentia & erga
 S. Sedem Apostolicam & S. D. N. observantia, dicto Commissario mandasset, ut à
 dd. censuris & interdictis abstinere, prout stantibus præmissis abstinere debebat) nõ
 potuit idem Commissarius ad illa procedere contra præbendatos ejusdem Ecclesie
 & alios, prætextu quod ejus præcepto non paruerint, prout processit, & sic nulliter.
 Cap. ad quorundam ubi Socin. n. 1. de excess. prælat. quæ propterea sustineri non possunt
 Innoc. in c. ex parte l. 1. n. 3. vers. licet de verb. significat. Et ibi Joan. And. col. 2. num. 5. vers.
 quid si monitus. Ostien. in simili vers. n. 5. Butr. n. 11. vers. secundo casu. Card. n. 6. vers. quod
 si monitus, & consequenter cessat manifesta offensa, & dubietas, nec debet fieri re-
 missio pro absolutione ad Ordinarium, cujus commissarius excommunicavit, cap.
 venerabilis §. sanè vers. si verò ubi gloss. & Dec. de sentent. excommunic. in 6. Non obstat,
 quod non danda fides attestationsi Notarii sine testibus, qui exhibuit litteras dictas:
 quia imò illi statur de stylo illarum partium; si enim statur relationi Nuncii absque te-
 stibus, quando adest stylos, ut illi credatur, *ut fuit dictum in alia Toletana decembris*
13. Junii 1590. coram bon. mem. Pænia, in Vlixbonen. juris deputandi collectores, 14. Mar-
ti 1603. coram Reverend. Atrebaten. & in Placentina, & Toletana Canonici, & be-
neficiorum 26. Junii 1609. coram Reverend. Domino Bononien. Multò magis Nota-
rii, ut in dicta Vlixbonen. & sic cessat etiam objectum, quod dicta attestatio sit facta
per verba enunciativa præteriti temporis: quia facta est à Notario tanquam Nun-
cio, qui semper refert per verba præteriti temporis. Ad not. in cap. cum parati, de apel-
lat. & juxta formam traditam à speculat. in tit. de citat. §. sequitur videre n. 11. ultra quod
est etiam subscripta per eundem Notarium, & recognita per testes, citatà parte, &
cum ejus interrogatoriis juxta stylum Curie, ut in actis. Et prædicta fortius locum
habent, quia ipse erat Notarius causæ pendentis coram Abbate, & ejus assertioni de
sua deputatione statur ex stylo Roræ. Caput 9. dec. 245. n. 1. par. 2. & fuit dictum in
Firmana jurisdictionis 26. Junii 1610. coram Illustrissimo Domino Cardinali Lancellero,
ex quibus etiam dictum fuit, non potuisse procedi ad interdictum, non servatis præ-
sertim traditis per Covarr. in cap. alma Mater par. 1. §. 1. n. 4. vers. sed ob unius, de sent.
excomm. in 6.

Et ita decisum, &c.